

8330 T. Quincti | Felicis, | in fr. p. XII, | in ag. p. XI, | in supse-
cium¹ | in f. p. IV s., in a. p. VII.

Romae extra portam Latinam rep., cippus ex lapide Tiburtino (VI 7001 vidit Henzen vel ex amicis eius unus). — 1) Qualis figurae locus huius sepulcri esse potuerit, delineavit Mommsen C. I. c.

8331 L. Lucilius Q. f. | Cn. n., qui fuit, | Cla.¹; C. Lucilius | C. l.
Staius. Loc. | patet² agrei ses|cunciam³ qua|dratus; arca in | medio est.

Cremonae, nunc Mediolani (I 4450. V 4108 vidit Mommsen). — 1) Claudia (tribu). — 2) Cf. N. 8004: hic locus patet in front. p. XX et a media fos. in [t]rovers. p. XXV. — 3) Sc. iugeri, id est pedes quadratos 3600, ut locus sepulcri fuerit pedum quaquaversum DC (sic fere Bianchi Cremonensis, probante Mommseno).

8332 l. s.¹ | L. Turrani L. f. | Valentis. | In f. p. XXX, ret. p. LX, |
circumitus mace riae sesquipedes.

Vicetiae, cippus (V 3205 vidit Mommsen). — 1) Locus sepulturae. Sic etiam supra N. 7556^c (perscriptum vel paene perscriptum supra N. 4870. 2471. 7444. 7324 cf. 7241. 7294. 7542^a) et passim in titulis Transpadanae (cf. C. I. L. V p. 1203).

8333 pertinens | at sepulchrum | Capriliae | Hedones, | in quadrato |
p. deni¹.

Romae ad viam Ostiensem rep., cippi duo gemelli (VI 34780 = Notizie degli scavi 1897 p. 315). — 1) Cf. VI 18502: in fronte et in agro pedes quadrati sedem (sic).

8334 area pertines (sic) | at munimentum (sic) | Otaciliorum | p. p.¹
XX quadr|atos.

Romae (VI 23606 vidit Henzen). — 1) Pedes.

8335 et hic locus | macereola clusus | ad familiam | Messianam et |
Clodiaenam | pertinet.

Romae (VI 22457 vidit Bormann).

8336 hic locus ita uti maceria | clusus est ad religionem | sepul-
turae Lolliarum | Atticillae filiae et Stactes | uxoris et M. Lolli Amaranthi.

Tibure (XIV 3797 vidi).

8337 monumentum Valeri M|ercuri et Iulittes, Iulian|i et Quinti-
lies Verecundes, li|bertis libertabusque poste|risque eorum at religioe|m
pertinentes meam; hoc a|mplius in circuitu circa | monumentum lati
longi | per pedes binos quod pertin|et at ipsum monument.

Romae ad viam Nomentanam rep. (VI 10412 vidit Henzen; cf. Notizie degli scavi 1901 p. 489). Christianam putat de Rossi bull. arch. crist. 1865 p. 92, probante Mommseno z. röm. Grabrecht (Zeitschr. d. Savignystift. für Rechtsgesch. 16, 1895 p. 219 not. 3).

8338 huius monumenti ius qua maceria | clusum est cum taberna
et cenacul. | hered. non sequetur, | neque intra maceria humari | quem-
quam licet.

Prope Minturnas ad Lirim fl., iam Neapoli (X 6069 vidit Mommsen).